

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Guilielmo Reiffenstein Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

*requieret c. M.*

*hactenus c. 201*

ue annotationes siue disputationes de eo et studio.  
se inquirere, & legere libenter. Quantū aut̄ Bem-  
bo tribuant hoc tempore studiosi Latine lingue,  
non ignoras. Pr̄ter huius Bembi libellum hic nihil  
habemus nouorum scriptorū, quod quidem aut̄ nō  
uideris, aut non sine molestia uidere possis. Vale.

Guilielmo Reissenstein Philippus

Melanchthon S. D.

Nepotes uti cupiebant ad te proficiisci, quia hic  
formidabatur Anglica pestis, que peruagata est se-  
rē totam Saxoniam. Dimisi itaq; eos non inuitus.  
Tuum erit, efficere, ne studia prorsus intermit-  
tant. Scio patris fuisse consilium, ut Theodoricum  
ablegaret in aliquam decuriam scribarū, ubi disce-  
ret usum, qui nunc in admiratione magis est, quam  
doctrina. Ego tamen putavi meum consilium tibi  
etiam indicandum esse. Talia fundamenta iecit in li-  
teris, sic etiam ingressus est in Iuris studium, ut spe-  
rem eum cōsecuturum solidam in ea re doctrinam,  
si non abstraxeritis eum ab eo studio. Melius et di-  
gnitati & utilitati cōsuleret, si pr̄ferret perfectam  
doctrinam illiterato usui scribarum. Vide quanta  
sit discentium paucitas: mihi crede, magno erunt in  
precio p̄st solidē eruditī. Hęc scripsi admonēdi  
tui causa, non docendī. Nihil malo, quam ut hęc stu-  
dia retineantur: quibus amissis, nulla erit legitima  
forma Rerum publicarum. Vale feliciter.

Guiliel.